

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

C ante E

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Scripte librum de Re rust. Item alium de Originibus urbium
 Cati, & Oraciones quaedam. Huius duo fuerunt filii, quoru
 alter sub Paulo Aemilio magna cum laude in Macedonia mi
 litavit. Alter, qui ex nomine matris Saloninus fuit cognomi
 natus, patre adhuc superstiti, in Prator designatus, extinctus
 est, egyptis de lute civili voluminibus relictis. Autor Gell. lib.
 10. cap. 14. M. Cato Vricensis, M. Porcii nepos fuit, quem &
 vira, Stoicisq; disciplinae severitate referebat. Hic nudis inter
 nam pedibus, brevisq; toga in publicum prodibat, sese ad fac
 ticias, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum fru
 stra petiit, quod virtuti suae fidens, populo non nimium sub
 misse voluit supplicare. Martiam conjugem roganti Hor
 tatio amico libertorum causa concessit eandemq; post Hor
 tium mortem recepit. Id quod Cefar avaritia causa ab eo fa
 ctum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, ut locu
 pletem reciperet. Toto civilis belli tempore intonsus fuit. Post
 Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit, a Scipione in
 terdite gesta, perlesto Platonis de animae immortalitate Dia
 logo, qui Phedon inscribitur, necem sibi conscivit. Hic tan
 ta fuit apud populum auctoritatis ac fidei, ut de rebus incre
 dibilibus proverbio dicebatur, ut inquit Plutarchus: *tan ad
 est Katois de Mgypte mptis in, istud incredibile est, etiam si di
 cat Cato.* Et orator quidam quam hyperbolicis diceret uni
 teli non esse credendum, adiecit, Ne Catoni quidem. Cicer.
 Epist. ad Attic. lib. 2: Quid Cato ille noster, qui mihi unus est
 pro centum millibus? Tertius Cato, proverbialis est ironia
 in viros, impendio reticos, atq; alienae vitae celfores. Iuvenal.
 habeat jam Roma pudorem Tertius e caelo cecidit Cato.
 Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllae temporibus, cu
 jus meminit Tranquillus.
 Catoni, Plinio populi sunt Scythiae, circa Maeotim agentes,
 lib. 6. cap. 8.
 Catopterium, *κατοπτριον*, Locus excelsus supra Anemoria
 Phocidis urbem, ut in Anemoria diximus.
 Catria, Vide AEGYSSA.
 Catri, Vide CHATTI.
 Catrierides, Vide CASSITEROS.
 Catriza, Vide CATIZI.
 Catulilla, Ponsa Romae dicta est, quia non longe ab ea ad pla
 candum Catulae fydus, frugibus inimicum, rufae canes im
 molabantur, ut siuges flavescerent ad maturitatem perdu
 cerentur. Festus.
 Catullus, Poeta Veronensis, natus anno ante Salustium, Syl
 lae, Martiq; temporibus, in poematis cum lascivus, tum mor
 dax, quippe qui Caesari maximo tunc viro minime pepercit,
 lambus cum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eode
 die ab eo cenae adhibitus est, ut auctor est Tranquillus. Scri
 psit de passione sua Lesbiae: celebravit nuptias Mollis: amavit
 Iphithiliam, & Clodiam, quam sic o nomine Lesbiam vocat.
 Scripsit & alia multa. Mortuus est Romae. Ovid. lib. 2. de Trist.
 Sic sua lasciva cantata est serpe Catullo Foemina, &c.
 Catulus, Cognomen nobilissimae familiae Lucanae, a Cato:
 id est, callido, teste Varone ductum. Ex hac familia fuit Qu.
 Lucanus Catulus, qui Poenos apud Aegades insulas navali
 praelio superavit, fecerent eorum navibus aut captis, aut de
 pressis. Fuit & alter Catulus, C. Marii in quarto Consulatu
 collega, & in Cimbris proligandis adiutor: a quo postea re
 tum posito mori iussus, haustus vivis carbonibus se praefoca
 vit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marii Iunio
 nis morte placavit.
 Caturacionium, *καταρακωνιον*, Germ. En Stat in En
 glandt d'ost iest *Cardul*, edet *Cardalia*.] Britanniae insulae op
 pidum est. Ptolem. lib. 2. cap. 3.
 Caturiges, Italiae populi sunt, trans Padum a Plin. lib. 3. cap.
 16. in undecima Italiae regione collocati.
 Cavares, Narbonensis Galliae populi sunt, quorum metropo
 lis est Avenio. Auctores Plin. lib. 3. cap. 4. & Mela lib. 2.
 Cautellus, pen. corr. *καυτελλος*. Germ. En d'ost vnd wüder
 Berg in India, so gegen *Winnacht an Scythiam* fisset. Mons In
 diae editissimus ad Septentrionem versus Scythias, Indiam a
 Scythia distans, asper & inhospitalis. Virg. 4. Aen. sed du
 nis genuit te caulis horrens Caucasus. Hic fertur tantae al
 titudinis esse, ut ab eo astra majora videntur, & eorum ortus,
 occasusq; diligenter perspiciantur: quod sit ut Scythiae, ejus mo
 tis accolor rei astronometricae peritissimi sint habit.
 Causellus, a, um, *καυσελλος*. Virgilius Aeglog. 6. Causellusq;
 refert volucres.
 Cautice, Campi sunt, quos Tigris fluvius Septentrione ver
 sus flexus fecit. Plin. lib. 6. cap. 27.
 Caucon, Vide in APPELLI.
 Cauconea, *καυκωνεια*, Regio a Caucone rege aut fluvio dicta,
 Steph. Vide MACISTVS.
 Caudis vel Caudium, Oppidum Samnitium: unde Caudi
 nae fuit, & Caudinae fauces, nobilitate insigni clade & igno

minia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio a Samni
 tibus acceperunt. Lucan. lib. 2: Ultra Caudinas speravit vul
 nerae farcas. Caudinae fauces, apud Silium lib. 8.
 Caulici, *καυλικι*, (Apollonio Cauliaci) populi juxta Ionium
 sinum, a monte sic dicti.
 Cavindana, Vide CANINDANA.
 Caullon, *καυλων*, Oppidum est in prima Italiae fronte a
 pud Locros, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Virg. 3. Aeneid.
 Caullonitq; arces, & navisagum Scylaceum. Quamquam ibi
 Poeta non tam de oppido, quam de promontorio loqui vi
 detur. Hanc urbem Strabo lib. 6, Pomponius lib. 2, & Step
 hanus de Urbibus Caulloniam appellant, *καυλωνια*.
 Caumias, Vnus e Centauris, Ixionis filius, Boccac. lib. 9.
 Caunus, *καυνος*, Vulgo *Kava*, Canis oppidum maritimum, e
 regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluyit, estate & au
 tumno ad inhabitandum grave, ob calorem & pomorum co
 piam, ut scribit Strabo lib. 14. Ob id Caunus pestiferi caelo ef
 se dicitur. Hic quum intus esset Stratonicus citharocedus,
 homo salibus plenus, illum ex 6. Iliad. versiculum in eos pro
 tulit: *Ον τις φιδος φρεν, οδς η μηδης*: id est, Tale quidem ge
 nus est hominum, quale est foliorum. Colorem videlicet quo
 omnes pallebant, suggillans. Caunus vero quum homine in
 cessissent acrius, quod urbem ut morbidam carperet, Ego, in
 quit, non morbidam dicere autem, ubi mortui ambulanti ur
 banus multo acrius, quam prius illudens. Ab hac civitate
 advehantur fici, *Caunae dictae*. Cicero libro 2. de Divinat.
 Quum M. Crassus exercitum Brundisii impoeret, quidam in
 postu caricas Cauno advectas vedens, *Caunaeas clamabat*.
 Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cuius fides By
 blis impotenter illum adamavit, a quo quum esset repulsa, si
 bimet mortem conscivit, Ovid. 9. Metam. Hinc locus ad agoni
 Caunus amor, *καυνος εως*. De serdo amore dicebatur, aut
 ubi quis ea desideraret, quae neq; fas edet concupiscere, neq;
 liceret assequi. Diogenianus & Eustathius.
 Caunium Ptolemæo, Lusitaniae oppidum: alio nomine Cau
 ra, vulgo *Cerra*.
 Cauros, *καυρος*, Insula erat, quae postea dicta est Andros: de
 inde Antandros, Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgo *Andros*.
 Caursus, *καυρος*. Ital. *Ponente maritimo*. Germ. *Der Wind so von*
dem Sommerlichen übergang her kommt herwehet. Fland. *Reid*
westen/west Pol. *Wair ed ysbodu ffonta*. Virg. *Nep. nyctati Pol.*
Ang. Thoneth nel wind.] Ventus ab Occasu solis fluens, flans,
 qui & Corus dicitur. Virgilius 3. Georg. Semper hyems, sem
 per spirantes frigora Caursi.
 Causis, *καυσις*, Vrbis Thelphusiae terra in Arcadia, ubi Cau
 sius tribus syllabis, Aesculapius colebatur, Steph.
 Caycus, Vide CAICY.
 Cayster, *καυστηρ*. Stephano. Germ. *En d'ost in bydia in wita*
dem vnt Schwamen sind: *so auch an der Stat Epheso herlauft*.]
 Fluvius Lydiae, Sardibus proximus, cygnis abundans: qui mul
 tos annos seculi deficiens Ephesum abluit. Dicitur *die cu nau*
idus, quod est, ambati: quoniam propinquus sit Caracecau
 menae, quae pars est Ephesiae praetoridiae & deuslin fensis nul
 la, praeter vitem, arbore sed vino praestantissimo, quod Vitru
 vius & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denominant.
 Cayster campi, *καυστηρ πεδον*, Stephano, campi sunt fecun
 dissimi sub Sardibus: Lydonum urbe, Cori & Hermi campis
 contiguus dicti a Caystro vicino fluvio. Virg. Caystri praeti
 vocat, lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem lib. 13.
 Caystrus, *καυστρος*, Oppidum est Ciliciae medietraeaeum, te
 ste Ptolemæo, lib. 5. cap. 8.
 Cae, ante E.
 Cae, sive Ceos (utroq; enim modo appellari auctor est Plin.
 lib. 4. cap. 12.) Insula est sub Euboea, hombycinarum vellium
 texturis olim nobilitata. In hac enim insula Pamphila La
 toi filia prima adorta est bombycum telas retorquere, casq;
 rufas texere, ut testatur idem Plin. lib. 11. ca. 22. Hinc Cae ve
 stes dictae sunt, quae in hac insula ex bombyce tenuissime te
 xebantur in uiam sceminarum. Propertius: Et tenues Cae ve
 ste movere sinus. Ptolemæus hanc insulam Ciam appellat,
 ut hodie quoque vulgus nautarum. Vrbes olim habuit tres,
 Carthaeam, Iulidem, & Carestum.
 Ceadius, *καειδιος*, Cicero noster fuit, pater Troezeni, & avus Eu
 phemi: cuius meminit Hom. 2. Iliad.
 Cebes, *καειβης*, Thebanus fuit Philosophus, cuius etiam ho
 die extant Dialogi, quibus ille duplicem humanae vitae speciem
 in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam & Laertium.
 Cebrenis, *καειβρησις*, Regnum est Troadis cu oppido ejus
 dem nominis, non procul a Scepsi, cuius meminit Plin. lib. 3.
 cap. 30. Sunt & Cebrenii in Thracia, dicente Strabone lib. 13.
 Est fluvius quidam Anisbus in Thracia, prope quem Cebrenii
 Thraeces habitant. Multa enim apud Troes, & Thraeces eisdem
 nominibus appellantur, ut Scex Thraeces quidam, & Scex
 amnis, & Scexus murus, & Scex Trojanae portae. Item Xanthi
 Thraeces;

Thracis, & Xanthus Troix fluvius. Arisbus que quoque in He-
 brum immittit. Arisda Troix civitas est in Rheio apud Tro-
 jam fluit. Rheius etiam Thracum rex fuit. Dicitur est autem Ce-
 brenia vel ab amne Cebrene (ut ex sententia Herodiani refert
 Scēph.) vel, ut alii malūt, à Cebrione Priami notho, quāquam
 Straboni magis placet, Cebriōnem potius à Cebrenia, vel (ut
 apud eum legitur) Cebrenia urbe nomen accepisse.
 Cebrenis, huius Cebrenidis, stem. patronymicū, *κεβρενίς*. O-
 vid. 1. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida rpa. Sta-
 tius in Syl. videt Cebrenidos arida luctu flumina.
 Cebrenis, pen. prod. *κεβρενίς*. Nomen gentile. Aufonius:
 Sic qui vernalis tam longa arate Cebrenus
 Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.
 Cebrica Cherronesus, *κεβρενίς χερρονήσιος*, nominatur apud
 Strāb. in mentione Saxonum, fontē Cimbrica legendum.
 Cebriōnes, *κεβρενίς*. Filius fuit Priami, sed illegitimo toto
 natus, qui à Patroclo saxo ictus, interit. Iliad. v.
Κεβρενίδη νόστον φησὶ ἀρπαλάδης ἑστίαστος: id est,
 Cebriōnem huiusmodi propter Priamo de conjugē natum.
 Cecina, fluvius est Thraciæ, ad Volaterras, autore Pōponio
 lib. 3, & Plin. lib. 3, cap. 5. Vulgō *Cefina*.
 Cecinna, Prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex muni-
 cipio Volaterrano: Ciceronis familiaris, & ab eo in causa
 quadam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ci-
 ceronis oratio. Hic tempore belli civilis non contentus Pom-
 peii partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, acerrimè eū
 insectatus est, ut est videre apud Ciceronem in Epist. Famil.
 & Scriplis & librum de fulminum procreatione, quem Seneca
 se fatetur imitari. Fuit etiam Cecinna quidam ex Octavii
 Cæsaris scribis, cuius meminit Cic. in Epist. ad Atticum. & Ce-
 cinna item alius fuit, ex Vitelli ducibus, qui apud Bebris cū
 cum Othonianis feliciter dimicavit. Meminit & Suetonius
 in Tito cuiusdam Cecinna, qui ob suspicionem conjura-
 tionis ab Imperatore ad cœnam invitatus, per proditiōem
 interfectus est.
 Cecrops, *κεκροπός*. Germ. *Der erste König zu Athen.* Primus
 Atheniensium rex, qui annis quinquaginta regnavit. Hic A-
 thenas instauravit.
 Cecropiū, a. um, possessivum. *κεκροπιδεύς*. Virg. lib. 4. Georgic.
 Cecropias (sonatus apes amor uterget habendi.
 Cecropiā, Oppidum à Cecrope conditor: nunc est arx Athe-
 nis. Plin. lib. 7, cap. 16. Oppidum, inquit, Cecrops à se appella-
 vit Cecropiam, quæ omne est arx Athenis.
 Cecropiā, idem, *κεκροπιδεύς*, Patronymicam femininum.
 Cecropiā, *κεκροπιδεύς*, Athenienses dicti sunt, à Cecrope re-
 ge. Ovid. 7. Metam. Phocus in interiori spatium, pulchrosque
 recessus Cecropidas duxit.
 Cecryphalea, *κεκροφάλλειος*, Promontorium, seu insula Pelē-
 ponnelli, juxta quam Athenienses ab Aegyptis prælio super-
 rati fuerunt. Steph.
 Cedar. *קדר* *קדר* *קדר*. Regio Arabiæ, ut apud Isaiam:
 Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus)
 ex Ismaele Cedar & Agareni, qui perverso nomine Saraceni
 vocantur, generati dicuntur.
 Cedrea, *κεδρεα*. Caria oppidū, cuius incolæ Cedreæ, & Ce-
 draei appellantur. Steph.
 Cedrei. *קדרים* *קדרים* *קדרים*. Arabiæ populi sunt,
 Caneleis & Nabathæis finitimi: quorum meminit Plin. lib.
 5, cap. 11.
 Cedropolis, *κεδρονήσιος*, Oppidū in Caria: à quo Cedropolis.
 Cedros, insula est in Germaniæ litoribus: cedi genere sylvo-
 sa, inde electum in petras desuere dicitur. Petrotus.
 Cedrosi, *κεδρονήσιος*, Populi prope mare rubrum. Steph.
 Celadon, pen. cor. *κελαδών*, Amnis est ignobilis, in Alpheim
 influens, apud Strāb. lib. 7. Georg. & Est etiam Celadon no-
 men unius ex iis, qui unā cum Phineo in aula Cephæi regis
 Aethiopum, Peseo vim inferte conati, perierunt. Ovid. 3. Me-
 tamor. Occidit & Celadon Mendisius, occidit Aethiæ.
 Celadone, aca, pen. prod. *κελαδών*, Oppidum Locridis, apud
 Stephanum à quo Gentile, Celadoneas, a. um.
 Celadisa, *κελαδισα*, Exigua est insula maris Aegæi, Delo
 proxima, tam angusto freto ab ea divisa, ut catena aliquando
 ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur.
 In hac Delii mortuos suos sepeliebāt, religione scilicet prohi-
 biti, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem Bel-
 li Peloponnesiaci lib. 4. & Plin. lib. 4, cap. 12. & Sunt item Ce-
 ladusa, parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adja-
 centes: quarum meminit Plin. lib. 4, cap. 26.
 Celæna, *κελαηνή*, Collis est Asiæ proptiè dictæ, in quo urbs
 fuit ejusdem nominis, ex qua Antiochus Sorei incolæ tran-
 sultit in eam, quam à nomine matris Apamiæ appellavit. Au-
 tor Strābo lib. 12. Plin. verō lib. 5, cap. 29. Celænas easdem facit
 cum Apamiæ. Tertius (*enquie*) convenit Apamiæ vadit,
 antiè appellatam Celænas. Circa hanc urbem fluit Marfyas

amnis: ibiq; voluit potest Marfyam ubiarum cantu cum A-
 polline certasse. & Celænas item alias collocat Plin. lib. 3, ca.
 32. in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superjecta est, juxta Andriam,
 Anceyam, & Colossas.
 Celæna, *κελαηνή*, cum diphthongo, fuit una ex Harpiis, *αἰετὶς*
κελαηνή hoc est, à nigredine ita appellata. Virg. 3. Aen.
 Una in præcella confedit rupe Celæno infelix vates.
 Celeno, *κελενο*, una ex Pleiadib. Atlantis & Pleiones nymphæ
 filia, cum qua Jupiter concubuit. Ovid.
 & te formosa Celeno,
 Majam & Electram, Taygetamq; Iovis, scilicet concubuit.
 se ferunt. Vide infra de Pleiadibus.
 Celegeri, *κελεγερί*, quæ Pannoniæ iungitur, populū autem Plin.
 lib. 4, cap. 16. in descriptione Mætiæ.
 Celendæ, arum, Oppidum Ciliciæ, cum portu ejusdem no-
 minis apud Strabonem lib. 14. & Pomponium Mela. lib. 1,
 in Ciliciæ descriptione. Lucan. lib. 8. sequitur pars magna
 senatus Ad profugum collecta ducent, parvūque Celendæ,
 Quo portu mittitur rates, recipitur Scimus.
 Cyleia, Norici oppidum, Plin. lib. 4, cap. 14. Vulgō Cilia.
 Celerini, Citerioris Hispaniæ populi sunt, supra Braccaras &
 Gronios: quorum ager Avo fluvio irrigatur, ut indicat Pro-
 pertius lib. 2, cap. 6, & Pomponius lib. 3.
 Celæthi, *κελαθη*, Populi Thesprotiæ, vicini Thessaliæ, Scēph.
 Celæni, pen. prod. Locis Campaniæ lunoniæ cet.
 Celæthi, *κελαθη*, Urbis Beroæ prope Atum à Celætho
 quodam S. ephano.
 Celæus, Duarum syllabarum, *κελαῖος*, Rex erat Elicusis, pater
 Triptolemi, cui Ceres, quod dicitur ab illo excepta, hospitio, ob-
 monstravit omnem agriculturæ rationem. Hic locus factus
 proverbio: Celei supellex, pro vili & tulliana supellecte.
 Virg. 3. Georg. Vinea præcerea Celæi viliaq; supellex Ovid.
 item lib. 4. Factor. Plautus eum vocat Celionem. Quasi, *κελαῖος*,
 supellex Celionis.
 Celmis, *κελμῖς*, Nuntius fuit Iovis, quem & parvulus ad hoc
 Iupiter plurimum amavit. Carterum quom aliquando mor-
 talem esse Iovem dixisset, Iupiter iniuste memor, quom ce-
 pulso Saturno rerum iam potiretur, in adamantem lapidem
 commutavit illum. Ovid. 4. Metam. Te quoq; nunc adamas
 quondam fidissime parvo Celme Iovi. Ab hoc ductum Aca-
 grum: Celmis in ferro: *κελμῖς ἐν πύργῳ*. Dicit consuevit dicit,
 qui præter modum suis fiderent viribus, tanquā incerpugna-
 biles, invictiq; ceteris.
 Cellenses, Populi sunt citerioris Hispaniæ apud Plinū lib. 3,
 capite 3.
 Cellisus, Piagiaris fuit Horatii temporibus, qui veterum por-
 tatum scripta suppiabat: quem sic notat lib. 1. Epist. ad La-
 torum scribens:
 Quid mihi Cellis agit monitus, multumq; moecenas
 Privatas ut quærat opes, & tangere vitæ
 Scripta Palatinæ quæcumq; recepit Apollo.
 Ne, si forte suas repetent venæ, oium
 Grex avium plumas, moveat cornicula risum
 Futuris nudata colitibus.
 & Fuit & Cornelius Cellius, varie eruditionis nomine à Quo-
 tiliano commendatus: qui & Rhetoricam multo quam antea
 diligentius explicavit, & de re militari dicitur gentilius scriptis
 nullumq; penè disciplinæ genus intradum reliquit: quibus
 ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimas
 de Re medicæ libros, qui omnium manibus teruntur.
 Celæ, *קלע*, Germ. *Die Wälder in Brandenb. in jussu in den*
Wäldern Girsada Rhedane; vnd der Steina; obit Ceyanus 1691
1692. Populi Galliæ Comate, inter Garumnam & Sequanæ
 fluvios: ita dicti à Celso Poliphemi filio, si Appiano credi-
 mus. Pomponius Mela, lib. 3. Populorū Comate Galliæ tra-
 summa nomina sunt: terminanturq; fluvio insequendus. Nam à
 Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanæ Cel-
 tæ inde ad Rhenum pertinent Belgæ. & A' Celis enim Cel-
 tiberi Hispaniæ populi origine tractasse creditur, qui quæ ve-
 nissent ab Iberum Hispaniæ fluvium, ibiq; cōsederunt, assump-
 pro ad nomen suum fluvii nomine, juxta quem confederant.
 Celtiberi, *κελτιβηροι*, dicti sunt à regio eorum Celtiberi. Vul-
 gō, *Αγαρῶν* Lucan. lib. 3: profugūq; à gente vetusta Galliarum
 Celtæ miscentes nomen Iberi.
 Celtiberi, *κελτιβηροι*, a. um, *κελτιβηροί*. Nomen possessivum: ut, Bo-
 lum Celtibericum.
 Celtiaci, Oppidum est Hispaniæ Bætiæ, in conventu Hispa-
 lensi, ut scribit Plin. lib. 3, cap. 1.
 Celtici, *κελτικῶν*, Tertia pars Galliæ Comate, inter Sequanæ &
 Garumna fluvios sita. Plin. lib. 4, ca. 17. Galliæ, *κελτικῶν*, Comata
 uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur,
 amantibus maxime distincta. A' Scaldæ, ad Sequanæ, Belgica, ab
 eo ad Garumna Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Py-
 renæi montis excursū Aquitania: A' Cœlonica ante dicitur.
 Celticum.

Celtescum, Promontorium est Hispaniae citerioris in Gallicorum tractu, in Oceanum, Occidentem versus, quam longissimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & vulgus narrant hodie *Finem terra* appellat. Vide Pompon. Melam lib. 3.

Cema, Narbonensis provinciae fluvius, ex Alpium monte Cemenio profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelson, Oppidum Liguriae, non procul à porta Herculis Monæci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Ceménus, Mons Narbonensis Galliae, non procul à Varo fluvio, ex quo Cema amnis profunditur: unde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cenchreae, aram, Portus est Corinthiorum, ad sinu Saronicum, quemadmodum Lecheæ alter portus ad sinum Crisæum, sive Corinthiacum. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. lib. 4. cap. 4. Angustia, unde procedit Peloponnesus, Isthmus appellatur. In eo loco irruptione est diversio, quæ dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incursum equorum tantorum, in quinque M. pass. intervallo, excessu utriusque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lecheæ hinc, Cenchreae illinc, angustiarum terminum, longum & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plaustris transire prohibet.

Cenchreus, Fluvius est Ioniae, non procul ab Epheso, lucum Ortygiam trigans, ubi Latona Dianam & Apollinem crederet peperisse. Tacitus lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesum adire, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchreum amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adnissam, edidisse numina, deorumque, monia sacratum æmum.

Cenxum, Vide CAENEVM.

Cenxus, Vide CAENEVS.

Cenina, Latii oppidum fuit, à Romulo deletum: cuius meminit Plin. lib. 9. cap. 5. Rectius Cenina.

Cenomani, Factum Populi Galliae Cisalpinæ, teste Plin. lib. 3. cap. 19, quorum caput Brixia fuit. Sunt etiam Galliae Celtae populi, Andegavis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgo *Les Manceaux*: & regio ipsa Cenomania. Vulgo *Le Maine*.

Centaureus, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo ejus potitus, eum ovans confendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta desiliit, unaque cū fessore est exanimatus, ut ex Philarchi sententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Centaurs, Ger. *Wider im Thosia* sive *Wider im ven* etc. *germet vnd gerin* habent. Tribus populis, secus Pelion montem habitantes, qui primi equos domare, & ex eis pugare ceperunt: quo factum est, ut à vicinis populis primum confecti, membra partim humana, partim equina habuisse credetur. De horum origine sic fabulantur Poetae: Ixionem à Iove deorum immortalium mensæ adhibuit, Ixionis amore captum fuisse, eamque de stupro interpellasse. Quod quum illa viro suo indicasset, Iovem Ixioni nubem subiecisse in uxoris imaginem transformata, eamque Ixionem pro Iunone cōpresisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulae ansam præbuisse videtur castellum nomine *Centaurorum sedes*. *Centauri* enim Latine nubem sonat. Hi quum in nuptiis Prithoi vino madentes spōsam rapere conarentur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugam acti sunt. Unde locus factus Adagio: Mens nō inest Centauris.

In vācorde & stulto dicebatur, & qui conaretur, quod effici nō posset Adagiū à Diogeniano refertur, isque convenire putat in cōtentiōtos & alieni appetentes: propterea quod Centauris exitu attulerit rerum alienarū appetentia. Idem & Hippocentauri dicti sunt, quod equis insidentes, boves cæstris agitantes, stimulis ad recta revocant. Est enim *Centauri*, stimulare & pungeri. Centaurorum nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhoetus, Arneus, Lyridas, Medo, Pilenor, Cæmas, Mermoros, Pholus. Hic Herculeum suscepisse dicitur hospitiū. Luc. lib. 6. Hospes & Alcides magni Pholus. Hic etiam Centaurus navis nomē apud Virg. 5. Aen. Centauro *invenit*, invenit magna.

Centauris, Fluvius Aetoliæ est, qui prius Evenus dicebatur, post Nelli Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus vocitatus.

Centinum, Umbriae oppidum, apud Ptolem. lib. 3. ca. 1. Alii Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plinius suffragatur, qui in Umbriae descriptione Sentinarum meminit.

Centronēs, Populi sunt qui inter alpinas gentes Plin. commemorantur lib. 3. cap. 20.

Centumperanea, insula est in agro Seatinum, Nicolai Potti patria.

Centuripe, es, sive Centuripa, arum. *Centuripa* Ptolemæo: Oppidum est Siciliae sub Aetna monte, Symacho fluvio, & Catanæ urbi proximum, ut tradit Strabo libro 6. Hinc Centuripini populi, quosum meminit Plinius libro 3. capite. 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem lib. 21. cap. 6. Vulgo *Centuripa*.

Cephalas, Promontorium altum & sylvosum majoris Syrtis innotum, Strab. lib. ult.

Cephaledium, Straboni, Cephaledis Plinio, Oppidum est Siciliae, non procul ab Himero fluvio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8, & Strab. lib. 6. Vulgo *Cefala*.

Cephalotomi, Colchicæ regionis populi Autor Plinius libro sexto, capite quinto, in descriptione regionis COLCHICAE.

Cephalene, vel Cephalenia, cum elongo possit. Insula Ionii maris, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Dejonæ filio dicta. De hac Strab. lib. 10. Non dubitavere plerique, Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eisdem dicit Teleboas, & adversus illos Amphitryonem exercitū dactasse, assumptis socio Dejonæ filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, qui Vlysem ad bellum Trojanū sequuti sunt, ut est videre apud Hom. in Catalogo navium.

Cephaloedis, Siciliae fluvius, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 8. in descriptione Siciliae. Hodie *Cephalodum*.

Cephalus, Aeoli filius, sive (ut alii tradunt) Dejonæ & Aeoli nepos. Hic Procrin Erichthei, vel secundum Servium, Hyphili regis filiam uxorem habuit: sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Laelapem, & duo hastilia, omnia quæ velle, contingentia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter uxor suspicans matrem suam alterius mulieris amore captū, furtim eum in sylvam secuta est: & ut experiretur an aliam adamaret, inter virgula se abscondit. Lassus itaque, laboreque Cephalus, quum se ad virgula recepisset, sub arboris cuiusdam umbra recumbens, Auroram invocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quod rem omnem melius cognosceret, propius voluit accedere. Videns itaque Cephalus virgula commoveri, feram ratus, jaculum immisit, atque ita inscens uxorem interfecit. Vide latius hanc fabulam apud Ovidiū 7. Metam. Hunc postea ab Aurora raptum, idem Ovid. autor est lib. 3. de Arte amandi: Latmius Endymion non est tibi Luna pudori. Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ. Neque tamē defuit, qui à Iove in lapidem conversum tradunt. Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus proemia & epilogos induxit. Autor Suidas. Hujus Cephalus Aeschines & Demosthenes in orationibus ad vestigia meminerunt.

Cepheus, Germ. *Ein König der Meeres und ein vater Andromeda*. teste Ovidio, Aethiopi rex fuit, Andromeda mater, quam Perseus periculo liberatam uxorem duxit. Hic postea unā cum uxore Cassiopea & Andromede filia, & genero Perse, in caelum translatus dicitur. Oritur Cepheus in 13. parte Capricorni.

Cepheus, Ovid. 4. Metam. Cepheia conspicitur arva.

Cephis Scythiarum nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Cephisia, Ger. *Die Landtschafft Cephisia in Griechens landt*. Attica regio: nam Cecrops Athenarum eoditior omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbem digessit. Sed Theseus postea has omnes in unam Atheniensium civitatem congregavit. Dicta Cephisia à Cephisio amne. Est & Cephisia fons Atticæ, sicut Latine, Callirhoë.


Cephisus, Lacus est juxta Atlanticum mare quæ Mauri Electrum vocant, quod sole fervescitum electrum è limo dare creditur sit, ut ex Asarubæ sententia tradit Plin. lib. 37. ca. 2.

Cephisodorus, Atheniculus Tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cuius tabulas enumerat Suidas. Cephisodorus item statuarius, Praxiteles filius. Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.

Cephisodorus, Scythiarum apud Plinium lib. 34. Fuit item Cephisodorus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus in obsidione Alopeconneti quinq; talibus mulctatus est. Autor Suidas.

Cephisus, pen. prod. Fluvius est per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phaleræum se cōdit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucanus libr. 31. Bœoti coiere duces quos impiger ambit Fœtidica Cephisus aqua. Cephisus aquas fœtidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluvio huic vicium, à quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio ostensa est, qua genus humanū posse reparari. Cephisides & Cephisia ora, apud Ovidium. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Cepio, Nomen Romani civis, qui cum Druso inimicitias habuit.



buitunde origo socialis belli, & exitia rerum, ut Afconius & Valerius Maximus testantur. ¶ Fuere & alii Cepiones: nam & Catonis Vicensis frater Cepio dicitur. ¶ Et Cepio Servilius, is cujus culpa Romanus exercitus a Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatusq; in exilio petiit. ¶ Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cilicibus triumphavit: sed postea reus, damnatusq; in Gemoniis scalis manu carnificis la-ceratus traditur, ut refert Valer. Maxim.

Cepæ Plinio, *κῆρος* Suidæ, Vrbs est ad Bosphorum Cim-merium, Miletiarum colonia: cujus meminit & Pompon. lib. 1.

Cerambycas, *κεραμβύκιος*, Fluvius & insularum Cerambycæ, Vi-de CARAMBYCIS.

Ceramicus, *κεραμικός*, Cariæ finis est non longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Auctor Pomp. libro 1. In Cariæ descrip-tione, & Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt A-thenis, de quibus Suidas scribit his verbis: Athenis Ceramici, loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, fan-ctiq; oratione ornabantur. Qui verò in urbe erat, locus erat, & certa, constitutaq; sedes meretricibus. ¶ Fuit præterea Ce-ramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida aucto-re, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vi-de Erasmus in Proverbiis: Lampadem tibi cursu trado. ¶ Ce-ramici meminit etiam Plinius, cujus ex trigelimo sexto ver-ba hæc sunt: Opera Praxiteli sunt Athenis in Ceramico. Po-test autem videri ex eo derivatum, quòd *κεραμικός* tegularum significat.

Ceramus, *κεραμύς*, Oppidum Cariæ in conventu Alabandi-co: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Cerastæ, Insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Aethiopiæ. Auctor Plin. lib. 5. cap. 9.

Cerastis, *κεραστὶς*, & *κεραστὴς* Stephano, Dicitur esse Cyprus: quo-niam homines cerastas cornibus insignes tam olim tenuisse quidam scribunt. Alii quòd procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgò *Chipre*.

Cerastus, suntis, *κεραστὴς*. Germ. Ein Stein in Ponte, von weis-her man yam stein die Kirsen in Statien gehabt hat.] Vulgò *Zes-fano*. Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: unde cerasta primum in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & canistrum cerastis refertum talibus, & tam virginali verecun-dia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimaret: si-quidè hoc genus pomi, Ponto & Armenia subjugatis, de Ce-rasante primus Romam petiit: unde de patria arbor no-men accepit. Pompon. Raræ urbes, Cerastus & Trapezus ma-ximè illustres.

Cerathus, fluvius Crete, Gnossum urbē præterlabens: à quo & Gnossum ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strabo-ne, lib. 10.

Cerathus, a. um, Virgilius in Cyri: Carpathium fugiens & flu-mina Cerathæ.

Ceraunus, sive Ceraunus, *Κεραυνός*, Ger. Das Oberg so durch Epiron gegen Ribergang an das Adriatisch Meer fließet / heißt seit Montes de Chimera.] Montes sunt Epiri, in mare usque extensi, ubi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti *κεραυνός* hoc est, à fulminibus, quibus sæpè impetuntur. Ovid. de Ponto, eleg. 6. Quom poteram recto transire Ceraunia velo, Vt fera vitarem saxa, monedus eram. Lucan. lib. 5. oraq; malignos Ambraciæ portus, scopulosq; Ceraunia nautæ Sum-ma timent. ¶ Pro iisdem etiam Acroceraunia, vel Acrocerau-nios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3. Qui vidit ma-re rugidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plinius in Procem. lib. 4. Tertius Europæ finis Acroceraunius incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunii mōtes in Asia, in Caspium pe-lagus obversi, ut est auctor Pompon. lib. 1. Quin & Taurus mons in univèrsam Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. li. 5. ca. 27.

Ceraunus, Populi sunt Dalmatiæ apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Ceraunus, *κεραυνός*, Cognomen unius ex Ptolæmeis Aegy-pti regibus, ab audacia & ingenii velocitate impositum. Au-tor Pausanias. ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluvius: ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam *κεραυνός* Græci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plinius lib. 6. cap. 3.

Cerhæus, Apulix amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerbenia, apud Steph. pro Cebrenia malè scribitur.

Cerberus, pen. corr. *κεραμύς*. Germ. Ein Hund mit dreym köpfen / so vor der Hellen ligt und dem hütet.] A pœtis fingitur esse canis triiceps, inferorum custos: quem ab Hercule cæna ab inferis tractum esse idem fabulantur. Mythologici terrâ interpretantur: dictumq; volunt Cerberum, quasi *κεραμύς*: hoc est, carnem vorantem: quòd terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Alii serpentem fuisse vo-lunt in Tanaro Laconix promontorio, cujus veneno mor-tales extinguebantur. Et quoniam in Tanaro ad inferos di-citur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules

trucidasset, nata est fabula, Casè tricitem interemisse: quan-quam hoc alii ad virtutem ejus, & animi magnitudinem ma-lint referre, quæ omnes cupiditates, & cuncta vitia terræ cò-tempnit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dicitur esse canis Alexan-dri Epitoxæ, Leonibus congregiens.

Cercaphus, *κεραφός*, Filius Poleadæ (Steph. in Camiro) à quo Rho-dæ mulieres Cercaphides. Meminit ejus etiam in Lindo.

Cercasi Aegypti populi, juxta quos scinditur Nilus, in Pola-sum flucis, & Canopum. Auctor Herod. lib. 2.

Cercetæ, *κερατὴς*, Nympha marina, Oceani & Thyros filia, re-ste Heliodo in Theogonia: ita dicta à textendo. *κερατὴς* enim ra-dium textorium significat.

Cercetæ, Populi sunt ad Pontum Euxinum, Heoichia & Col-chis finitimi, teste Plin. lib. 6. cap. 5, & Strabone lib. 11. Lamp. lib. 1. Cerceticos vocat.

Cerceti, Montes sunt Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atq; triginta montes, quorum nobilissimi Cer-ceti, Olympus, Picius, Ossa, &c.

Cercidas, *κεραίδας*, Optimus legislator Megalopolites fuit, Stephanus.

Cercina, insula est maris Libyci cum urbe ejusdem nominis, ex adverso minoris Syriæ sita. Auctores Pomp. & Fanius lib. 5. capite 7.

Cercinitis, Parva insula maris Libyci, quæ Cercinæ Cartha-ginem versus ponte jungitur. Auctor Plin. lib. 5. in descriptio-ne insularum, quæ sunt ex adverso Aethicæ.

Cercopès, penult. pro d. *κεραπὴς*, Populi fuerunt Pitheculis insulæ: qui quum nullo flagiti genere abstineret, à lotia simas mutati sunt, ut fabulatur Ovid. 14. Metam. ¶ Cercop-es, item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, sive (ut apud Suidam legitur) Acmon: de quibus vide supra in didymo-ne ACHEMON.

Cercopum cærus, *κεραπὴς κεραμύς*, De conciliabulo, conventuq; versutorum & improborum homi-num dicebatur.

Cercyon, *κεραυνός*. Germ. Ein großer Müder vnd Strafw-räuber in Griechenland / weichen Thesens vmbdracht hat.] Locus fuit insignis, quem Theleus totam Atticam regionem lan-cinisi infestantem, immensi ferocia & membrorum robore cur-vantem trabes, & altissimas pinus ad terram traheret, at hoc modo homines disceperet, apud Eleusim Atticæ urbem a-teremot. Ovid. lib. 7. Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusim.

¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Aloxe urbem ab Alopei filiz suæ nomine appellavit.

Cercyra, *κεραυρα*, Insula est maris Ionii, quæ à Latinis liceta a-na immutata Cercyra dicitur. Vulgò *Cerpha*.

Cerdanix, *κεραδανία*, Populi felices Arabiæ, Stephano.

Cerdonia, Oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundisium Strabo lib. 6.

Cere, Vide CAERE.

Cerealis, quæ alio nomine Eburna dicitur, Plinio commemo-ratur inter Hispaniæ Bæticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

Cères, [Ger. Die Göttin des Getreids.] Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereò dicta: Saturni & Opis filia, quæ peculiani epitheto Alma dicitur: quia nos alimvel (ut Cicero lib. 4. de Nat. deor. scribit) dicta est, tanquam cetera, à gerendis fru-gibus, prima licet immutata. A Græcis *κεραμύς* quæ *κεραμύς* dicitur hoc est, terræ mater, quòd cunctarum frugum cœtera sit, & altit. Græci Ceterem etiam Thesmothoron vocant hoc est, legumlatricem: quia ante quam illa agriculturæ aliam do-cuisset, homines nulla lege vivebant: postea Ceres descriptio monstrato usu frugum, ceptum est de agrorum fructu, qui antea nulli erant usus, disceptari: quam primam volent fuisse legum & juris originē. ¶ Hæc quandoq; Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur, Virg. lib. 1. Georg. . vos à clausis ma mundi Lurina, labentem celo quæ ducis annuum, Liber & alma Ceres. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipso pape, sicut Liber pro vino, Teret. in Evnuch. Sine Cere & Baccho friget Venus. ¶ Ceresi sacrificia Dicitur solitum, si quando in convivio deesset vinum: propterea quòd in hujus sacra ob-fas esset inferre vinum. Plaut. in Aulul.

Cerēs, le. Quod ad Cererem pertinet. *κεραμύς*. ¶ Cere-les autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frum curant apud Romanos præerant: quorum creatorum auctor fuit C. Julius Cæsar. ¶ Cereales ludii, in honorem Ceresi facti. Liv. 10. del-Pun. ¶ Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, &c. Cereale papaver. Virg. 1. Georg. Scio non & lini segetem, & Cereale papaver. Vbi Servius Cereale papaver, vel quòd est esui, sicut frumetum: vel quo Ceres vita est ad oblivionem doloris.

Cerēs, *κεραμύς*, orum, *κεραμύς*, *κεραμύς*. Dicitur sacra Ceresi à Tripo-lemo instituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Thesmothoria vocat. & Cere Thesmothoria hoc est, legumlatricæ. Plutarchus quo-que Adonia vocat. Hæc autem festa tanta religione celebra-bantur, ut feræ polluta crederentur, siquis eo tempore cum

uxore concubavit. Vnde extat elegans elegia apud Ovidiu[m],
quae cum Cerere exposcitur, quod eius fectio libi. cum amica
concombere non liceret. Praeterea in sacrificiis Cerens vinum
non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aulul. iocandi aniam sum-
pfit, Megadorum Cereri nuptias esse facturum, quod nihil ad
nuptias vini esset allatum.

Cereturum, & Ceretani. Vide CAERETVM.

Cerida, vicus in Hopothontide tribu, Steph.

Cerinthus, vicus in Euboea insula, Plin. lib. 4.
capite 13.

Cerinthus, Hereticus, [Germ. Ein Reger in der Zeit & Johans
des Evangelisten; welcher die Cerinthi Quisipetengener.] eius
meminit Dionysius, quum de Iohannis revelatione disserit.
Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnu[m] CHRISTI vo-
luptarium, mores suos fallus, quod quae luxuriam deditur
esset. Iracundus etiam seceriora ipsius in primo sui operis mani-
festat. Ex Eusebio lib. 3.

Cerites, pen. corr. Vide supra in dictione CAERE.

Cermorum, Oppidum Macedoniae apud Plin. lib. 4. ca. 10. in
descriptione Macedoniae.

Cerna, vel Cerne, insula est Aethiopiae maris, de qua sic Plin.
lib. 6. cap. 31: Contra sinum Persicu[m] Cerne nominatur
insula adversa Aethiopiae, cuius neque magnitudo, neque in-
tervallum a continente constat. Aethiops tantum populos
habere traditur.

Cernetani, qui & Mariani dicti sunt, Italiae populi sunt, iuxta
Casilium & Bovillas dicti a Cerecto oppido, cuius memi-
nit Plin. lib. 3. cap. 3.

Cervaria, Locus est in Galliae & Hispaniae confinio, non pro-
cul a templo Veneris. Pomp. lib. 2.

Cesceus, vicus in Pamphylia, seu, ut Suidae videtur, Ciliciae urbs,
cuius civis ob vico. diam, stultitiamque, vulgo male audiebatur.
Iuxta Cesceum urbs fluvius erat, cui nomen datus, id est, amens.
Vnde tractum proverbii: Cesceon habitas, vicius alius, in stu-
pidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in certura aut con-
estabulum hominum stultorum.

Cesena, Oppidum est Piceni non procul a Cliterna, etiam ho-
die nomen retinet. Plin. lib. 3. cap. 13.

Cesperia, sive Casperia. Verba sunt Sabinorum, ex qua Tutna
auxilium habuisse contra Aeneam. Maro autor est, lib. 7. - Ce-
speriamque colunt. Melius per a in prima syllaba.

Cessero, Narbonensis Galliae oppidum, in tractu Memoro-
rum, non procul a Carpentoracte. Plin. libro 3. capite 4. Vul-
go Caster.

Cestrin, Epini oppidum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Cestrini. Cestrin
incalae eodem autore, in Proemio lib. 4.

Cestrus, vicus in Pamphylia, apud Strab. lib. 14.

Cethegus, Orator fuit facundissimus Africanus maioris aetate,
quem Ennius (ut Quintilianus refert) suademedullam vo-
cat. Meminit eius & Cicero in Brito. Fuit etiam Cethegus
unus ex principibus Catilinae coniurationis: cuius frequens
est mentio apud Ciceronem in Catilinam.

Cetti, Populi sunt Asiae, Cilicibus finitimi, a Cetto agri illius
fluvio nominati. Strabo lib. 13.

Cetius, Mons est in Norico, Germaniae regione. Ptol. lib. 2. ca.
14. Vulgo Ratenberg.

Cetici, Populi citeriores Hispaniae in conventu Lucensi: de qui-
bus Plin. lib. 3. cap. 3.

Cetis, Vide COEVS per ce diphthongum.

Ceyx, icit, pen. genitivi prod. vicus Suidae, rex fuit Thraciae,
Lucifer filius, & maritus Aleyones filiae Aeoli, qui quum ob
causam fratris in accipitrem mutatus, ad Claru[m] oraculum con-
sulendum navigaret, tempestate deprehensus est & subme-
sus. Quare quum ligato tempore non rediret, Alcione mul-
ta quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in som-
nis monita, naufragio eum perisse: quum ad descendum mi-
serabilem viri casum mane ad litus venisset, unde ille solve-
rat, cadaver quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod
quam viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exire
vellet, deorum miseratione in Aleyonem conversa, ad os ma-
rii advolavit: qui & ipse oscula uxoris sentiens, in Aleyonem
commutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Metam.

C ante H.

Chax, Peloponnesi urbs est, Lepraeo proxima, ad campum
Ephalum: cuius causa bellum inter Arcades & Pylios consta-
tum est. Vide Strabonem lib. 8.

Chassa, Vicus est Aegypti apud Strab. lib. 16.

Chabareni, Populi Scythici ad Chalybem fluvium
habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci pote-
rant, mammam crudas edebant, & pueros devorabant. Steph-
anus ex sententia Eudoxi.

Chabria, Vicus est Aegypti in ea parte, quae Arabiae est con-
termina. Strabo lib. 17.

Chabrias, Atheniensis philosophus, & Imperator

inlytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum, cer-
vorum duce leone, quam leonum duce cervo. Huius res gestae
recescunt a Demosthene in oratione adversus Leptinem.

Chadista, vicus in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyrae, non
procul a Lycastro. Autor Plin. lib. 6. cap. 7.

Chadramotice, Populi sunt Arabiae Troglo-
dynis proximi. Plin. lib. 6. cap. 18.

Chareae, vicus in pugnens de causa, subaudiendum urbs in Ae-
gypto est. Gentile Chareoies.

Charemon, onis, poeta Comicus, cuius fabulae
enumerat Suidas. Fuit & alter eiusdem nominis, qui Hiero-
lyphica scripsit: cuius etiam meminit Suidas.

Charephon, Atheniensis philosophus fuit, disci-
pulus Socratis: qui tam pertinaciter philosophiae incubuit,
ut maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ori-
tum est proverbium: id est, dicitur Charephon dicitur: hoc est, nihil
a Charephone differens: quoties homine pallore & macie con-
fectum volumus indicare. Autor Suidas.

Chareis, Citharodus ineptus fuit, cuius meminit Ari-
stophanes in Comodia, quae inscribitur Chareis, Suidas.

Charonea, vicus est Bcoetiae, Plutarchi patria, A-
theniensium clade nobilitatus. Huius meminit Plin. lib. 4. ca.
7. Stephano urbs est in confinio Phocidis, a Charone condi-
tore dicta, Apollinis & Therus filio. Hellenicus scribit Athe-
nienses post Orchomenos Charoneam quoque Orchomenio-
rum urbem cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine
Homerus utitur Hinc Chazoneas, & foemininum Chazonis;
possessivum Chazonicus. Steph.

Chalxon, teste Plin. lib. 4. cap. 3: Locorum portus, VII. M.
passuum distans a Delphis.

Chalambrii, qui a loco Libyx sic appellantur,
Hesychius.

Chalame, Civitas Persidis, quae nunc appellatur Aethiopia.

Chalastra, Verbs Macedoniae iuxta quam Axius in-
fluit in Thermaeum sinum, inquit Strabo, a Chalastra proxi-
mo portu dicta.

Chalastricus, itrica, am, adiectivum: ut, Chalastricum nitrum.
Plin. lib. 31. cap. 10.

Chalce, insula est cum oppido, circa Rhodu[m]. Plin. lib. 3.
capite 11.

Chalcea, Lybiae urbs Polyhistori, quem valde re-
prehendit Polybius, non civitatem esse scribens, sed Chalceas
vici: id est, ararias officinas. Chalcea vero, Chalceas, in Ca-
ria est. Gentile Chalceates, Stephanus.

Chalcedon, vulgo Caledonia. Germ. Ein Stad
in Land Bithonia des wiesden Asia gelogen gegen Constantinopel
aber. Verbs Bithyniae, iuxta Bosphorum Thracicum, ex oppo-
sito Byzantii. Hanc Megareses condidit. Caeci idcirco ap-
pellati, quod non portus oppositum litus elegissent, in quo
postea conditum est Byzantium, tanto feliciore modis om-
nibus sede. Hic olim magna synodus celebrata est, quae inter
octo numeratur, quibus ecclesia praecipua imperitur hono-
rem. Vide Plin. lib. 5. cap. ult. Eius meminit Pomponius lib. 2.
Europam, inquit, ab Asia stadiis quinque determinat Thracius
(ut dictum est) Bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum, in ore
templum est, oppidi nomen Chalcedoniae aut Argias Mega-
rentium princeps, templi numen Iupiter, conditore Iasone.

Chalcedon, Stephano, Verbs Bithyniae, iuxta fauces Pontis
[Germ. Ein stammes Stad in Bithynia.] civis Chalcedonius
& Chalcedonis foeminini generis. Strabo lib. 12: Dextra pars
Pontis, inquit, Chalcedonis vocatur, a templo Iovis Vrii & fau-
cibus Pontis, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem navi-
gantibus continentem ad sinistram habent, stadia sunt centum
& viginti a Chalcedone vero usque ad Acritam stadia sexagin-
ta. Nominata est a Chalcedo nomine fluvio.

Chalcedis, insula quaedam, cuius meminit Me-
nippus, Stephanus.

Chalcedonium, Verbs Cretae, Civis Chalcedonius
vel Chalcedor, Steph.

Chalceritis, insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam
Asia dicitur. Plin. lib. 6. cap. 12.

Chalclia, insula maris Aegaei, quam inter Sporadas Plin. enu-
merat, lib. 4. cap. 13.

Chalcedene, Syriae fertilissima regio, ut scribit Plin. in descri-
ptione Coelesyriae lib. 5.

Chalcedone, pen. corr. Aetiae regis Colchorum filia
fuit, soror Medae, & uxor Phryxi. Huius meminit Flaccus lib.
9. Argonaut.

Chalcis, idis, vulgo Negroponte. Germ. Die Haupt-
stad in der Insel Euboea, Gemeinlich wird sie genant Negroponte.
Euboeae urbs praecipua, ab Aulide, Bcoetiae porta, exiguo en-
tippo distans, vetus Atheniensium colonia: ita dicta (si Steph-
anus) a Chalcide.